

No. 516. 1359. 4. Dec.

Probst und Capitel sichern dem B. Johann, der auf die Obediens Cossebaude verzichtet, hiervon für seine Lebenszeit jährlich 12 Mark und dann das Gnadenjahr zu.

Nos Johannes praepositus, Theodericus decanus totumque capitulum ecclesiae Mysnensis recognoscimus — quod cum reverendus pater et dominus dominus Johannes noster et dictae ecclesiae Mysnensis episcopus obedientiam in Kossebude, quam ad vitae suae tempora tenendam et habendam dudum comparaverat, quamque in pacifica possessione annis pluribus tenuerat et possederat, eidem capitulo nostro paterna benignitate motus restituere sub modis infra scriptis decrevisset, nos de communi et concordi capituli nostri super hoc specialiter indicti consilio pariter et assensu cum ipso taliter tractavimus — quod idem dominus noster obedientiam praefatam cum omnibus suis pertinentiis et iuribus, iudicio sanguinis duntaxat excepto, omnino dimittere et capitulo nostro restituere debet, propter quod obedientarius ipsius, utpote venerabilis vir dominus Johannes de Droynicz custos ecclesiae nostrae praedictae et canonicus, cui eadem obedientia ex antiqua ordinatione et consuetudine hactenus in ipsa ecclesia nostra incòncusse servata et optione per ipsum de ea facta debetur ad praesens, seu quicumque alter ipsam pro tempore obtinens, duodecim sexagenas grossorum latorum Pragensium vel Mysnensium bonorum et legalium memorato domino nostro episcopo, quoad vixerit et ad vitae suae tempora annis singulis in beati Michaelis festo dare et solvere in omnem eventum de cetero debeat de obedientia supradicta. In eventum vero, in quem praefatus dominus Johannes de Droynicz seu ipso, quod absit, sublato de medio alter quicumque de canonicis nostris, quem eidem in dicta obedientia surrogari contigerit, in solutione dictarum duodecim sexagenarum negligens esset vel remissus, nos easdem duodecim sexagenas grossorum praedictorum memorato domino nostro episcopo totiens, quotiens per obedientarium dictae obedientiae in praemisso termino non solverentur, dare et solvere de capitulo nostro volumus et debemus —. De supradicta etiam obedientia et bonis in Kossebude annum gratiae idem dominus noster episcopus habebit et habere debet, prout canonici ecclesiae nostrae de obedientiis et praebendis habere consueverunt, iuxta continentiam et tenorem priorum suarum litterarum super praedicto emptionis et venditionis contractu primitus confectarum. In cuius rei testimonium sigillum capituli nostri huic paginae duximus appendendum. Datum Mysnae anno domini M^o CCC^o LIX^o in die beatae Barbarae virginis gloriosae.

Nach dem Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel des Capitels an einem Pergamentstreifen.

No. 517. 1360. 13. März.

Die Burggrafen Meinher und Bertold eignen der Domkirche Geld- und Getreidezinsen zu Hof, die Heinrich von der Gana und dessen Sohn Heynich ihnen aufgelassen.

Wir Meinher vnde Bertolt von gotis genadin des heylogin romischin rychz burcgrafin zeu^e Myssin vnde grofin zeu^e Hartinstein bekennin offinlich an desim keginwertegin brife, das vor vns gewest sin vnsir libin getruwin man her Heinrich